



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Gesetze der Westgoten**

**Wohlhaupter, Eugen**

**Weimar, 1936**

III. Titulus: De patronorum donationibus // III. Titel: Von Gaben der  
Gefolgsherren

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69894](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69894)

Maritus<sup>1)</sup> si uxori suae aliquid donaverit, et ipsa post obitum mariti sui in nullo scelere adulterii fuerit conversata, sed in pudicitia permanserit, aut certe si ad alium maritum honesta coniunctione pervenerit, de rebus sibi a marito donatis possidendi et post obitum suum, si filios non habuerit, relinquendi cui voluerit habeat potestatem. Ceterum si filios non relinquens intestata discesserit, aut ad maritum eius, si suprestis extiterit, aut ad heredes mariti, qui donationem conscripsit, eadem donatio pertinebit.

Si autem per adulterium seu per inhonestam coniunctionem se miscuisse convincitur, quidquid de facultate mariti sui fuerat consecuta, totum incunctanter amittat, et ad heredes donatoris vel ad filios legitimos revertatur.

6. (Chindasvindus.) De rebus traditis vel per scripturam donatis.<sup>2)</sup>

7. Antiqua. De rebus inter maritum et uxorem invicem datis.

Maritus si uxori suae aliquid donaverit, de hoc, quod ipsa sibi habere voluerit, scriptura[m] manus suae suscriptione vel signo confirmet, ita ut duo aut tres testes ingenui suscriptores vel signa facientes accedant; et sic voluntas ipsius habeat firmitatem. Similis et de uxoris voluntate, quae in maritum conferre voluerit, donationis haec forma servetur, si tamen violenter a viris non fuerit exacta donatio; servata legum in omnibus sanctione, quae in discernendis facultatibus dinoscitur ordinata consistere.

### III. Titulus: De patronorum donationibus

1. Antiqua. Si his, qui in patrocínio constitutus est, vel filii eius patronum aut filios patroni relinquunt.

Si<sup>3)</sup> quis ei, quem in patrocínio habuerit, arma dederit vel aliquid donaverit, apud ipsum quae sunt donata permaneant. Si

<sup>1)</sup> Vgl. Euricianus 319. <sup>2)</sup> Vgl. Euricianus 308. <sup>3)</sup> = Euricianus 310.

Hat ein Mann seiner Frau etwas geschenkt und gibt sich diese nach dem Tode des Gatten nicht dem Laster der Unzucht hin, sondern verbleibt sie in Ehrbarkeit oder geht sie etwa mit einem anderen Manne eine ehrenhafte Verbindung ein, so habe sie die Befugnis, die ihr von ihrem Manne geschenkten Sachen zu behalten und bei ihrem eigenen Tode zu hinterlassen, wenn sie will, falls sie keine Kinder hat. Im übrigen soll, wenn sie ohne Hinterlassung von Kindern und ohne ein Testament verstirbt, diese Schenkung entweder an ihren Gatten fallen, wenn er sie überlebt, oder an die Erben des Mannes, der die Schenkung schriftlich niedergelegt hat.

Wird sie aber überführt, sich in Unzucht oder in eine unehrenhafte Verbindung eingelassen zu haben, so verliere sie sofort alles, was sie aus dem Vermögen ihres Mannes erlangt hatte, und es falle zurück an die Erben des Schenkers oder an die ehelichen Kinder.

6. Von Gut, das ausgehändigt oder durch Urkunde übertragen worden ist.

7. Von gegenseitigen Schenkungen zwischen Mann und Frau.

Hat ein Mann seiner Frau etwas geschenkt, was diese für sich haben soll, so soll er die Urkunde durch seine Unterschrift oder sein Handzeichen bekräftigen und zwei oder drei freie Zeugen sollen mit ihren Unterschriften oder Handzeichen dazu treten; und so habe sein Wille Rechtsbestand. Entsprechend: will die Frau dem Manne etwas übertragen, so soll die gleiche Schenkungsform eingehalten werden, immer vorausgesetzt, daß die Schenkung nicht gewaltsam durch den Mann abgenötigt worden ist; und so soll in allen Dingen die Gesetzesbestimmung gelten, welche die Ordnung für die Zuteilung der Rechtsbefugnisse darstellt.

### III. Titel: Von Gaben der Gefolgsherrn

1. Wenn der Gefolgsmann oder seine Nachkommen den Gefolgsherrn oder dessen Nachkommen verlassen.

Hat jemand seinem Gefolgsmann Waffen gegeben oder etwas geschenkt, so soll bei diesem das Geschenkte verbleiben. Wenn er

vero alium sibi patronum elegerit, habeat licentiam, cui se voluerit commendare; quoniam ingenuo homini non potest proberi, quia in sua potestate consistit; sed reddat omnia patrono, quem deseruit.

Similis et circa filios patroni vel filios eius, qui in patrocínio fuit, forma servetur: ut, si tam ipse, qui in patrocínio fuit, quam filii eius filiis patroni obsequi voluerint, donata possideant. Si vero patroni filios vel nepotes ipsis nolentibus crediderint relinquendos, reddant universa, que parentibus eorum a patrono donata sunt. Quicumque autem in patrocínio constitutus sub patrono aliquid adquisierit, medietas ex omnibus in patroni vel filiorum eius potestate consistat; alia vero medietatem idem buccellarius, qui adquisibit, obtineat.

Quod si buccellarius filiam tantummodo reliquerit et filium non reliquerit, ipsam in potestate patroni manere iubemus; sic tamen, ut ipse patronus equalem provideat, qui eam sibi possit in matrimonium sociare; et quidquid patri vel matri eius fuerat datum, ad eam pertineat. Quod si ipsa sibi contra voluntatem patroni inferiorem forte elegerit, quidquid patri eius a patrono fuerit donatum vel a parentibus patroni, patrono vel heredibus eius restituatur.

2. Antiqua. De armis, que dantur saionibus in patrocínio constitutis, et de acquisitionibus eorum.

Arma<sup>1)</sup>, que saionibus pro obsequio donantur, nulla ratione a donatore repetantur; sed illa, que, dum saio est, adquisivit, in patroni potestate consistant.

3. Antiqua. De rebus in patrocínio conquisitis vel a patrono conlatis.

<sup>1)</sup> = Euricianus 311.

sich aber einen anderen zum Gefolgsherrn wählt, stehe ihm frei, wenn er Hulde leisten will; denn ein freier Mann kann nicht gehindert werden, weil er sein eigener Herr ist; aber er gebe alles dem Gefolgsherrn zurück, den er verlassen hat.

Die entsprechende Vorschrift soll von den Söhnen eines Gefolgsherrn oder Gefolgsmannes gelten: so zwar, daß sowohl der Gefolgsmann selbst oder seine Söhne, wenn sie den Söhnen des Gefolgsherrn Gefolgschaft leisten wollen, die Geschenke besitzen mögen. Wenn sie aber glauben, die Söhne oder Enkel des Gefolgsherrn gegen deren Willen verlassen zu sollen, so sollen sie alles zurückgeben, was ihren Vorfahren vom Gefolgsherrn geschenkt worden ist. Wenn aber ein Gefolgsmann etwas unter dem Gefolgsherrn erworben hat, soll die Hälfte von allem in der Gewalt des Gefolgsherrn oder seiner Söhne bleiben, die andere Hälfte erhalte eben der Gefolgsmann, der sie erworben.

Hat der Gefolgsmann nur eine Tochter hinterlassen und keinen Sohn hinterlassen, so befehlen wir, daß diese in des Gefolgsherrn Gewalt bleibe; so zwar, daß der Gefolgsherr selbst ihr einen Ebenbürtigen verschaffe, der sie zur Ehe nehmen kann; und was ihrem Vater oder ihrer Mutter geschenkt worden war, gehöre ihr. Hat sie selbst gegen den Willen des Gefolgsherrn sich einen nicht Ebenbürtigen erwählt, so soll alles, was immer ihrem Vater vom Gefolgsherrn oder den Vorfahren des Gefolgsherrn geschenkt worden ist, dem Gefolgsherrn oder dessen Erben zurückgegeben werden.

2. Von den Waffen, die den reisigen Gefolgsleuten gegeben werden, und von deren Erwerb.

Waffen, die reisigen Leuten für ihren Dienst gewährt werden, dürfen aus keinem Grunde zurückgefordert werden; aber das, was einer als Reisiger erworben hat, stehe in der Gewalt des Gefolgsherrn.

3. Vom Erwerb während der Gefolgschaft oder durch Übertragung vom Gefolgsherrn.

Sicut supra dictum est, si quis cum aliquo patrocini causa consistat, et aliquid, dum cum eo habitat, adquisierit, si ei infidelis inveniatur vel eum derelinquere voluerit, medietas adquisite rei patrono tradatur; aliam vero medietatem qui adquisivit obtineat, et quidquid ei ipse donavit, recipiat.

4. Antiqua. De rebus in patrocinio acceptis et conquisitis.

Ita ut supra premissum est, quicumque patronum suum reliquerit et ad alium se forte contulerit, ille, cui se commendaverit, det ei terram; nam patronus, quem reliquerit, et terram et que ei dedit obtineat.

IV. Titulus: De conmutationibus et venditionibus

1. Antiqua. Ut ita valeat commutatio, sicut et emtio.<sup>1)</sup>

Commutatio, si non fuerit per vim et metum extorta, talem qualem et emtio habeat firmitatem.

2. Antiqua. Ut, si non fuerit idoneus venditor, fideiussor detur.

Si venditor non sit idoneus, ingenuum fideiussorem dare debet emtori, et emtio habeat firmitatem.

3. Antiqua. Ne valeat violenter facta venditio.

Venditio per scripturam facta plenam habeat firmitatem. Ceterum, si etiam scriptura facta non fuerit, et datum pretium presentibus testibus conprobetur, et plenum habeat emtio roborem. Venditio vero, si fuerit violenter et per metum extorta, nulla valeat ratione.

4. (Antiqua emendata.) Si arris datis pretium non fuerit inpletum.

Qui arras pro quacumque re acceperit, id cogatur implere, quod placuit. Emtor vero, si per egritudinem aut gravem necessitatem, que vitari non potuerunt, ad constitutum non

<sup>1)</sup> Die Antiquae L. Vis. V, 4, 1—5 schöpfen aus Euricianus 293, 295, 286, 297 und 296.

Wenn jemand, wie oben gesagt<sup>1)</sup>, in jemandes Gefolgschaftsverband steht und, während er bei ihm weilt, etwas erworben hat, dann als treubruchig erfunden wird oder jenen verlassen will, so soll die Hälfte des Erwerbs dem Herrn gehören; die andere Hälfte soll der Erwerber behalten und, was jener ihm geschenkt, erhalte er zurück.

4. Von Gabe und Erwerb während der Gefolgschaft.

Ferner, wie oben bereits gesagt<sup>2)</sup>: Wenn einer seinen Gefolgsherrn verläßt und sich zu einem andern begibt, so soll ihm der neue Gefolgsherr Land geben; denn der verlassene Gefolgsherr mag das Land und, was er ihm (sonst) gegeben hatte, behalten.

IV. Titel: Von Tausch und Kauf

1. Daß Tausch gelten soll wie Kauf.

Ein Tausch, wenn er nicht durch Gewalt oder Furcht abgenötigt worden ist, habe gleichen Rechtsbestand wie ein Kauf.

2. Ist der Verkäufer nicht zuverlässig, so soll ein Bürge gestellt werden.

Ist der Verkäufer nicht zuverlässig, so soll er dem Käufer einen freien Bürgen stellen und der Kauf habe Rechtsbestand.

3. Daß erzwungener Kauf nicht gelten soll.

Ein urkundlich geschlossener Kaufvertrag habe vollen Rechtsbestand. Im übrigen, wenn auch eine Urkunde nicht errichtet wurde, aber die Hingabe des Kaufpreises durch die anwesenden Zeugen bewiesen wird, habe der Kauf ebenfalls volle Kraft. Ein Kauf aber, der mit Gewalt oder Furcht abgenötigt worden ist, soll keinesfalls gelten.

4. Wenn nach Hingabe eines Drangeldes der Kaufpreis nicht entrichtet wird.

Wer Drangeld für irgendeine Sache empfangen hat, muß das Gedinge erfüllen. Wenn der Käufer infolge Krankheit oder echter Not, die unausweichlich sind, zum festgesetzten Tag nicht

<sup>1)</sup> Gemeint ist L. Vis. V, 3, 1.

<sup>2)</sup> Gemeint ist L. Vis. V, 3, 1.